

137

- (2) *Etiam Parvi nonnunquam dominantur, Deo sic dirigente, magnis atque multis.*  
 (3) *Ordinem Deus instituit in statu etiam politico, quoad Principes; cætui præfectos, v. IV, præc.*  
 (4) *Quod in V. T. erant Tribus, hoc in N. T. sunt nationes orbis singulae, quoiquot à Semo, Chamō ac Japheto sunt profectæ Ps. CXVII, 1. seqq.*

## USUS E VERSU XXIX.

- (1) *Dei promissa sunt infallibilia; quicquid pollicetur, hoc præcipit cum effectu: Ps. XXXIII, 9.*  
 (2) *Deus est etiam Messia nostri Deus: Ps. XLV, 8. CX, 1. Joh. XX, 17.*  
 (3) *Robur Messie victoris est divinum, quo serpenti conculavit caput: Gen. III, 15. Matth. XXVII, 18. XI, 27. Psal. VIII, 7. regnumque sic adeptus est insuperabile: Dan. VII, 14.*  
 (4) *Quod semel operatus est Deus in nostri gratiam, id consummabit etiam gloriose: 1. Corinth. I, 8. 9. X, 13. Phil. I, 6. II, 13. 1. Petr. V, 10. Joh. XV, 5. Ebr. XII, 2.*

## USUS E VERSU XXX.

- (1) *Templi Salomonei decus sicut nobis ecclesiæ N. T. præcellentiam ineffabilem, ratione bonorum privilegio- rumque spiritualium.*  
 (2) *Ecclesiæ dignitas multos inde à Christô nato devinxit sibi reges ac magnates.*  
 (3) *Munera efferenda sunt Regi non tam terrena atque visibilia, quam spiritualia, b. e. cor contritum ac fidele, viæ totius corporis irreprehensibilis, &c. Roman. XII, 1. seqq. Jes. LXVI, 20. LX, 6.*  
 (4) *Neque tamen cessare debet beneficentia erga indigentia Christi membra exercitium, siquidem his offerendi cibi, potus, vestes, nummi, &c. Ebr. XIII, 16.*

## USUS E VERSU XXXI.

- (1) *Hostes ecclesiæ assimilantur hic Crocodilis, tauris vitulisque ferocientibus, conculantibus, &c. Sunt illi & invisibles & visibles. Excellit in his Antichristus. 1. Joh II, 18. IV, 1.*  
 (2) *Increpatorum Dei verbulum prosternit cum eam vim hostium formidandam: Psalm. XVIII, 16. LXXVI, 7. CIV, 7.*  
 (3) *Noli imitari hostium proterviam, violentiam, & variiam inexplebilem, inquietudinem, belli amorem, &c. Beati pacifici, Matth. V, 9.*

## USUS E VERSU XXXII.

- (1) *De conversione gentilium elegans b. l. textus. Ex hostibus sunt cultores devoti ac beneficii.*  
 (2) *Egyptus & Æthiopiâ, tanquam vicine Israeli*

## PSALMI LXIX. DISPOSITIO.

*Oppressorum consolatio. Vita Christi & Christiani mera passio. Patientis Christi preces.*

**I**N hac Messiae patientis precatione anxiæ observetur

I. Petitione tum prima: *salvum me fac Deus: v. 2.* Rationes adducuntur (1) periculi magnitudo: *aqua venerunt ad animam: ibid.* (2) *infixus sum luto profundo; ut consistere prorsus nequeam: v. 3.* (3) *suffocationi sum proximus; ibid.* (4) *vox rauca propediem cessabit: v. 4.* (5) *oculi post diuturnam adeo circumspectationem deficient: ibid.* (6) *hostium meorum copia est innumerabilis: v. 5.* (7) *ad restitutionem non raptorum adigor: ibid.* (8) *ingenua est mea Confessio: tu Deus nosti soliditatem & delicta mea: v. 6.* (9) *periclitantur mecum sperantes in te, ne erubescant confusi: v. 7.* (10) *Ignominia ingens inferunt mihi propter te: v. 8.* [11] *Deseror à proximus: v. 19.* [12] *Zelus domus tue me consumit:*

A religiones, complectuntur universas etiam nationes orbis reliquas.

(3) *Porrigitus Deo manus, quando subjectionem contestamur modis omnibus, homagium præstantes, adorantes, offerentes, &c.*

## USUS E VERSU XXXIII.

- (1) *Mundi regna nunquam in V. T. cantarunt Deo vero: nunc vero in N. T. id per mundi partes observari licet passim. Conversio gentium, Gratia univers.*  
 (2) *Canimus Deo, agnitus ejus unitate, bonitate, veritate, &c. v. II, præc.*

## USUS E VERSU XXXIV.

- (1) *Deus pro liberrima voluntate, instar equitis faciliter fortiusque equum dirigentis, moderatur universa, summa, imma, magna, parva, &c.*

(2) *Immensa cœlorum capacitas, quam vix aequi potest humana industria, immensitatem Creatoris docere potest incomprehensibilem: taceolucem, influentiam, ordinem, motum celerrimum, &c: quæ omnia glorie divina monumenta fortissima.*

(3) *Antiquitas cœlorum colligere quodammodo nos jubet de æternitate Numinis, initio ac fine penitus carrentis.*

(4) *Vox Dei robusta, imperans nibilo in creatione, ut fieret aliquid, (Ebr. XI, 3.) deprebenditur bodie que in evangelio præconio, corda hominum flectente insigmiter. Rom. I, 16. 1. Cor. I, 15. Psal. XXIX, 3.*

## USUS E VERSU XXXV.

(1) *Ad Deum, ceu fontem omnium, referri debet robur universum, & animatorum, & inanimateorum, &c. Huic tribuitur corde atque ore celebrante, conscente, &c.*

(2) *Quicunque igitur de proprio, vel animi vel corporis, robore gloriatur, is Deo subirabit honorem debitum, diabolique fit affecta, &c. v. I. præc.*

(3) *Excellentia & maiestas Dei rectè demum agnoscitur in ecclesiâ, vel apud Israëlem verum.*

(4) *Omnipotentia tam in terris, quam in æthere conspicua evidentissime.*

## USUS E VERSU XXXVI.

(1) *Timor ac reverentia unicè debetur Creatori ac Redemptori Domino. v. I. præc.*

(2) *Sanctuarium complectitur universa, quæ ad cultum Dei pertinent genuinum. Hunc qui sincere observat, verè demum Deum revereri incipit.*

(3) *Fortitudinem, qui veram ac cœlestem desiderat, à Deo diribitore impetrat, necesse est: 1. Petr. V, 10.*

(4) *Laus omnis atque benedictio referenda Deo inde sinenter: Ephes. V, 20.*

## Bb b 3